

Heinrich Rahn

**Rector Academiae Rostochiensis, Henricus Rhane, I. U. D. & Pofess. P Ad Piam  
Ministerii Angelorum Meditationem Omnim ordinum Cives suos serio ac  
peramanter invitat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734612842>

Druck    Freier  Zugang



Ru. Progr. 1638

- 1) Johanna Kleinhardt
- 2) Hinrich Rahne
- 3) Johanna Kleinhardt
- 4) Hinrich Rahne
- 5) Hinrich Rahne
- 6) Johanna Nüroder



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn734612842/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734612842/phys_0002)



160.

RECTOR  
Academiae Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**  
J. U. D. & Pofell. P  
*Ad*  
**PIAM MINISTERII**  
**ANGELORVM**  
**Meditationem**

*Omnium ordinum Civcs suos serio ac per-*  
*amanter invitati.*



**ROSTOCHI,**

*Typis NICOLAD KILII, Academ. Typogr.*

*1638 M*  
MHS ANNO MDC XXXVII.

**N**on levis caussa est, Aca-  
demiæ Cives, quod cum alma  
matre nostra institutum, Chri-  
stiano more in hunc diem obser-  
vamus; ut, quemadmodum ad  
singula majora ceremoniarum nostrarum sacra  
admonere vos pietatis ex hac tabula consuevi-  
mus, ita quoq; præsenti MICHAELIS, sive po-  
tius æterni illius & coelitus demissi Archangeli  
festo dic, ad seriam Angelorum divinæq; tutelæ  
meditationem vos cohortemur. Cum enim  
tribus istis solennitatibus revocare in memoriâ  
coelestia in vos beneficia, tum id præcipuè expo-  
nere solemus; quemadmodum ex Satanæ mor-  
tis ac inferni potestate eruptis deinceps vivendū  
sit ne post foederis gratiam sanguine ipsius Dei  
obsignatam scientes volentesq; nuncium remit-  
tamus operaruro in nobis spiritui sancto, & per  
malarum cupiditatum foeditates ad Diaboli re-  
gnum ultro eamus præcipitis, Istæq; admonitio-  
nes tanto magis necessariæ sunt, quia & propter  
recuperandam salutem nostram stupenda illa  
Dei patris misericordia tam durum atq; inaudi-  
tum

tum opus cum filio suo unigenito petegit; & nihil audacius etiam inum impiatur, quam quod irriso projectoq; & omnibus modis illulo salutis negotio, per istam vitæ nostræ perversitatem, quasi ægre facturi Deo avertimus nos in amplexus infernales, mortiq; æternæ committimus ac dicamus. Nam quid æque nos aut tenet sub regno Satanae, aut retorquet, præterquam quod ad delicta nostra audienda tam immites, ad emendanda tam duri, ad acuenda tam protervi sumus? Iis autem gradibus quomodo recta magis descenditur ib fauces aperientis sese dudum inferni, & quid est, quod olim damnati aliud intra supplicia sua debacchabuntur, quam in Deum blasphemias, in pios convitia atq; dirarum plaustra? Ecce autem iram Dei tot plagi apud nos etiamnum sæuentem, & ad majora quotidie adeptam causas! De luxu diximus tum veterum, tum nostro ipsorummet, de avaritia, immisericordia, de ijs omnia bus, quæ nos projiciunt à facie Dei & condement. Negate qui audetis, & conscientiam ut frontem, perficate; tamen coram Deo, cui impietas aliqua tegere se nihil potest, omnes nos esse mementote. Circumspicite autem miseras communis patriæ & hanc ipsam regionem; & querite propter quid ejecti ex splendidissimis magni quiq; exulum facta plena o-

Bbbb 2

lunia

mania; ipsa cœlo minata culmina subversa ac dis-  
iecta sunt? Domos quoq; nostras, quæ in rudera  
quotidie desinunt, non videte, sed meditamini,  
& quare dominos suos illæ expuerint, hoc me-  
ditamini? Cogitate direptiones, tormenta, cæ-  
des, quibus excruciatur tota regio nostra; cogi-  
tate ignes & incendia, quæ quotidie urbi vestræ  
ostenduntur. Et cum hæc omnia, uti decet cō-  
tritos poenitentium Spiritus, non obiter sed  
ex animo contemplati fueritis, tum verò descē-  
dite in vos, & cogitate quales eos esse oporteat,  
qui ista cupiant evitare, quæ in aliis pro exemplo  
tam miserabili nobis proposita sunt. Minime e-  
quidem obirasci nos oportet, cum istarum metu  
atrocium poenarum, ad salutem nostram exclamatur,  
cum peccata deteguntur cum tundimus  
præcordia atq; everberamus. Hæc sanitas no-  
stra, hæc medela, hæc futurorum cautio est. Re-  
vocamur enim ab operibus tenebrarum, ab ser-  
vitute ac stipendio peccati, ab horrore mortis  
æternaq; nocte. Tanti a negotij lusus nullus,  
nullum hic cordato viro convitum, nihil op-  
probrij nihil contumeliam erumpit; molesta ipsi  
atq; ex animo exosa est obdurata pravitas & ista  
imminētis undiquaq; calamitatis nostræ supina  
prorsus ac stupenda incogitantia. Hoc, hoc illud  
est, quod queritur, hoc est, quod dolet, quod ar-  
den-

dentissime deprecatur. Eant ergo dilectati p-  
etoris non nulli & cum suam vitæ turpitudinem  
fermè jam in publico expositam ipsi amplius ne-  
scire non possunt, tum se se exacuāt primum irā,  
deinde incitent atq; instigent uxores, ut domi ac  
foris impunie linguam suam exerceant, ultraq; se  
Demones futuras hinc inde denunciare etiam  
non vereantur. Quis potest illos illasq; hoc in-  
sanctissimo Archangeli MICHAELIS festo reclusus  
admonere, quā m ut primum omnium cogitent,  
quodnam proeliū in coelis factum, & quis hostis  
fuerit. Ille scilicet ipse magnus Draeo, serpens  
antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanás. Hie  
est ille impurus Angelus, qui in terras projectus  
instar leonis rugientis circumvit nos quotidie,  
ac querit, quem devoret. Id igitur ut fiat, hic est,  
qui nos tantopere livore, ira odio & cetera omni  
perversitate tentat, implet, obdurat, iisq; cū cri-  
minibus insidiator ex omnibus cuniculis pro-  
rumpit. Quem contra, utpote omnis mali fa-  
cem ac furiam, quotidie precari nos Salvator jus-  
sits. *Liber a nos, Domine, a Malo;* & ad quem vin-  
cendum parturire natura pariter & cœli, ipseq;  
nasci Deus, capi, servilem q; in modum exerucia-  
ri debuit. Qui cruentæ istius viæ oriae tum ma-  
teria, nunc inspirat ac sufflat homines, ut secum  
adversus Agnum Dei, illi q; ipsi Antichristi sint.

Bbbb 3

hoz

hostes non tantum Redemptoris, sed suorum i-  
psorummet. Neq; tamen desistemus sectari i-  
stum tortorem & carnificem animarum nostra-  
rum? &, cui renunciavimus solenni ceremonia,  
ejus opera perjuri factitabimus, nos ipsos pro  
Diabolo illis minitantes, qui ejus regnum sub-  
vertere conantur! Quod si apud nos hodier-  
niissius & glorioſiſſimi proelij meditatio eſſet,  
gratularemur omnibus bene pieq; defun-  
ctis; quia loetentur jam cœli & qui habitant in  
ijs; nos vero magna cum pietate atq; attentio-  
ne, cum metu utiq; & terrore Diabolum obſer-  
varemus, quia ad nos cœlo ejectus descendit, &  
pro brevi tempore, quod habet, ingentes iras ge-  
rit, ipsos etiam, si fieri poſſit, electos ſeductorū.  
Ergo cum magna vox cœliſ audita eſt, *V&e habi-*  
*tatoribus terra & maris*, nunc quidem nos tam  
Giganteo aulu ultro profitēbimur futuros, qui  
cum Dracone illo expulsi ac deturbati ſimus?  
Scilicet iſta pœnitentiæ prædicatio Diaboli re-  
gno non eripiet nos, ſed mancipabit? atq; ad  
proditoris Judæ exemplum, poſtquam conſpi-  
cui facti ſumus, & noſtra noſ impaientia ac do-  
lor demonstrarunt, ingredientem tum Satanam  
recipiēmus, ut, quod facimus, citius faciamus!  
Nolite, ò boni, nolite, immudo Spiritui iſtum  
dare locum, ſed resistite precibus ac ſuſpirijs, ut  
qui hoc die vixtus eſt, aduersus vos non exiſtat

victor, existiumq; suum vestro ulciscatur: Facite autem, ut intelligamus, cuius Spiritus filii satis, non dissecti intra vos cum Pharisæis atq; in peccatis obdurantes, sed compuncti ac contriti corde & poenitentiam agentes, & donum Spiritus sancti intra vos adepti. Ita scilicet sermonem nostrum non gravate sed libenter accipientes, securi adversus insidias Diaboli omnemq; ejus catervam eritis, neq; desinent cœlestes illi nuncij in salutem vestram emissi vigilijs excubare circa vos, animasq; vestras in sinum Abrahamæ aliquando deportare. Et profecto si aversi à peccatis, viam Domini institerimus, nostra est promissio illa, quod inter manus nos laturi Angeli ab offendiculis quibuscumq; custodituri sunt. Squidem Deo obsequentes, non possimus non ire & nostras vias, & comites habere eos, qui in piorum ministerium emissi sunt. Illi vero, quorum hæc vita est, ut avaritiae, immisericordiae, crapularum, temeritatis, alienæ prourationis, iniquitatis, omnisq; cauteriatæ conscientiæ rei, protervia ipsa ac impotētia adversus criminum cœniores sese vindicent, quid habent quælo, quo se aduersus Diabolum communire unquam possint? Ipsa illa mortis hora, cui quantoq; terrori futura sit, hoc quidem, ò Academæ ciues, serio cogitemus,

Ton

Tandem fatigat cœcitas, | Oculive peccent lubrici,  
Quæ nos met in præcepſ | Ne noxa corp⁹ inquinet;  
diu, | Speculator adstat desuper  
Lapsos ſinistris gressibus | Qui nos diebus omnibus,  
Errore traxit devio. | Act⁹ q̄z nostros proſpicit,  
Hec lux ſerenū conferat, | Aluce prima in vesperū.  
Puroſq; nos prafet ſibi, | Hic teſtis, hic eſt arbiter,  
Nihil loquamur iubdolūs, | Hic intuetur, quicquid eſt  
Volvamus obſcurū nihil. | Humana quod mens  
Sic tota decurrat dies, | concipit,  
Ne lingua mendax, ne | Hunc nemo fallit judi-  
manus, | cem.

P. P. ipſo Fefto MICHALIS  
Anno Salvatoris

CIC CI CXXXIX.



caP





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn734612842/phys\\_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734612842/phys_0012)

**DFG**

Satyrica, fatua, rustica mallebri (ne  
festivitate similes nos oblectemus, Deu-  
patienteis acerbissimum supplicium aug-  
ristemus, pietatem, & honestatem la-  
Christianos plus quam barbara, Ethni-  
turitudinis ac deformitatis condemne-  
flagitium esse parabimus, parvulos, quo-  
dere, proximos, quod leges etiam civi-  
Neg enim hic valebit illud Aristippi

inq; Bacchanali

Mens temperata rite,

Perinde quasi à fætore liber sit, qui in  
aquam cadit, non madesiat. Neg me-  
tudo jam vires nacta quenquā excusa-  
lum, cuius hac sententia est ad Rom.  
De τῷ ἀνώτερῷ, ἀλλὰ μέσαν φύ-  
νος εἰς τὸ ἐργό. Ne configurēmini secu-  
mini per renovationem mentis vestræ,  
sit voluntas DEI bona illa, accepta a  
adhortatione verè Apostolica, verè  
DEI precor, ut pœnam Bacchan-  
eateraq; impietate nostram Academ-  
viter adfligente adtractam clementer  
mitiger, atq; ita temperet, ut ne juxta i-  
xobō amicus, & justus (si quis apud no-  
hoste, & injusto pereat. Faciamus, quae-  
culat, abnegemus impietatem, volup-  
tilaciones carnis, cor fastu inflatu-  
tam, animum amaruleatum, deniq;  
convitii mendaciis sinctos deponamus.



Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

the scale towards document